

*Scheplizii consuetudines neque publica auctoritate scriptae sunt: neque mendis carent. Illustris Rhetzii; Brunnemanni; Strykii potiora volumina sunt. Noui tamen Aduocati de rei difficultate conqueruntur. Quare ius Saxonicum hic exulet?*

§. VI. MAGDEBURGICI ducatus fertilissimum solum. Omni vere rerum copia abundat, quae ad vitum cultumque pertinent.

Frumenti copia alias quasque Germaniae vniuersae provincias superat; Lanificio quoque pluribus regionibus inseruit. Tobaci ea praestantia, ut Hamburgi pro illo venum exponatur, qui ex nouo orbe aduehi assolet. Hala; Salza; Stafsfurt (\*) salis feracissima (\*\*\*) oppida sunt; quod Lusatis, Misnensibus, Saxoniae, Thuringiae ac Marchiae Brand. vendunt.

(2) Accedit vsus Commerciorum: in Albi ius stapulae Magdeburgensium; in Sala fl. septem cataractae: manuaria opera Gallorum in plerisque oppidis ducatus.

Leuberi ius stapulae laudatum. Numerus cataractarum (1) proxime ab vrbe Halensi, (2) Trotteni, (3) Wettini, (4) Alslebi, (5) Rothenburgi, (6) Kalbi, (7) Gimmerici A. 1694. & seq. Salam nauigab. reddidit. (\*\*\*) (\*\*\*\*)

(3) Li-

dente consensu sustulerit; quod idem etiam extendi debeat ad feudalia instituta; quod idem etiam dictum sit regionibus Marchiae extra limites additis; quod idem obliget ipsos Marchiones, cetera. Prolixissimus est in huius edicti explicatione auctor: sed pleraque, si historiam exceperis, falsa esse, cum generatim constat ex formula Marchiae, tum figillatim ex huius aevi vsu forensi. Imo supersunt plures constitutiones aduersus ius Romanum in voluminibus Seiderianis in nostro manuscript. adparatu.

(\*) Suldorff; Schoenbek; olim etiam Wanzlebi.

(\*\*) De salinis Giebichensteinensibus de nouis fontibus Halae.

(\*\*\*) Absoluitur Magdeburgicus ducatus quatuor circulis, videlicet

**Leife oder Creyse.** In quibus 30. fere oppida florent. Sigillatim autem in circulo Salano, dem **Salcreyß**, pagi 130.

Holzcreyß, siluestri, - - - 166.

lerichouensi - - - 115.

luterbocensi - - - 43.

454.

In SCHARTOVIAE pago delirat glossa Weichbildica art. 16. quasi meruerit olim titulum ducatus. Contra notissimum est;

est;